



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

LXVIII. Si Fratri impossibilia iniunguntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

re voluerint, necessario vltra licentias Pralatorum Venetiarum, habeant etiam licentiam Patris Præsidis aut Visitatoris vnius suæ Prouinciæ; nequam tamen prohibentes, quin negotia Monasteriorum publica possint tractari per Pralatos aut alios ministros in hac eadem ciuitate.

*Si Fratri impossibilia iniungantur.*

CAP. XLVIII.

**S**I cui Fratri aliqua forte grauius aut impossibilia iniungantur, suscipiat quidem obedientis imperium, cum omni mansuetudine & obedientia. Quod si omnino virium suarum mensuram viderit pondus excedere: impossibilitatis suæ causas ei qui sibi præest patienter & opportunè suggerat, non superbiendo & resistendo vel contra dicendo. Quod si per suggestionem suam in sua sententia Prioris in peccatum perdurauerit: sciat iunior ita sibi obediendum, & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.

*Vt in monasterio non præsumat alter, alterum offendere.* CAP. LXIX.

**S**ummopere præcauendum est, ne occasione præsumat alter alterum offendere Monachū in Monasterio, aut quasi in eodem, etiam si qualibet consanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo Monachis præsumatur: quia exinde grauis occasio scædalarum oriri potest. Quisquis hæc transgressus fuerit, acrius coercetur.